MISCELLANEA CURIOSA,

DE

NOVELLARUM PUBLICARUM USU ET ABUSU IN REBUS PHYSICO-MEDICIS,

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

QUÆ

DEO T. O. M. CLEMENTER JUVANTE,

IN INCLYTA LUDOVICIANA,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO LUDOVICO

HASSIÆ LANDGRAVIATUS HÆREDE,

PRINCIPE HERSFELDIÆ & ſ. p.

PRÆSIDE

DN. MICHAELE BERNHARD VALENTINI,

ARCHIATR. HASSIACO & P. P. ORD.

DIE MARTII, ANNI ACAD. GISS. SECULARIS

PUBLICE VENTILABIT

EBERHARDUS TACKIUS, WORMATIENSIS,

A. & R.

GISSÆ, Typis HENNINGI MÜLLERI, M DCC. VII.

VIRIS
NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS & EXPERIENTISSIMIS,

DN. EBERHARDO MELCHIORI,

Phil. & Med. D. Archiatro Princ. Naſſoico, Tredecem-Viro & Proto-Conſuli Reipublicæ Wormatienſis Spectatiſſimo,

DN. JOH. MARTINO TACKIO,

D. Medico, diverſorum Imp. Statuum Archiatro & Phyſico Wormatienſi Primario,

ALTERI

Avo & è S. Baptiſmatis Fonte Suſceptori æternum devenerando,

ALTERI

Parenti, cultu & amore filiali proſequendo,

Primitias has Academicas in ulteriorem Studiorum ſuorum commendationem *conſecrat*

EBERHARDUS TACKIUS, Med. C.

Digitized by Google

INTROITUS.

Quantam utilitatem Studio Genealogico, Hiſtorico, Geographico, Politico, imò & Facultatibus quibusdam ſuperioribus, præſtent Novellæ, à Poſtarum; ut audiunt, Magiſtris hebdomatim evulgatæ, fusè & egregiè oſtendit Chriſtianus Weiſe, *in Schediaſmate curioſo*, de Lectione Novellarum, *ut &* Nucleo Novellarum Hiſtorico, *anno ſuperioris ſeculi LXXXV. in ſalivam publicam emiſſo. Quandoquidem verò Author Nobiliſſimus* Cap. V. §. 4. & 5. d. l. *ſubdubitet, an & Philoſophiæ ſpeculativæ in Novellis habeatur ratio & an Medici iisdem quoque afficiantur? hinc operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi utrumque Illi ſcrupulum, per exempla fortè non ubivis obvia & è Novellis hactenus collecta, eximerem.*

Faxit DEUS ut omnia feliciter!

Digitized by Google

SECT. I.

DE
NOVELLIS PHYSICIS.

§. I.

UTilitatem Novellarum in rebus Phyſicis oſtenſurus abſtrahendum primo duco ab anilibus & fabuloſis otioſorum commentis, de variis in aëre apparentibus Spectris, Copiis & Legionibus in cœlo militantibus, quæ aut hominum phantaſiæ & imaginationi, ob fortuitum nubium confluxum, obortæ, aut vanæ ſuperſtitioni debentur. Quod enim nonnulli per reflexionis leges eadem oriri poſſe ſtatuunt, opticis principiis è diametro contrariatur, ut *Deckerus* jamdum in *Spectrologia pag. 43.* egregiè oſtendit. Eorum ergò rationem habituri ſumus, quæ circa apparentias in Cœlo atque Terra, tanquam bipatente animis aſylo, obſervandas in Novellis ſæpè recenſentur. Illîc recenti adhuc memoriæ inhærent, quæ anno ſuperiori de inſigni illa & notabili Ecclipſi Solari diverſis in locis fuerunt obſervata & ſimul Diariis publicis inſerta, quæ ita ſe habebant:

Aus

Digitized by Google

Aus der Schweitz den 16. Maji, 1706.

Die groſſe Finſterniß hat man auch in unſerm Schweitzerland geſehen; ſelbe nahm ihren Anfang umb 8. Uhr und 33. Minuten / und verlohr die Sonn umb 9. Uhr in einem Augenblick ihren völligen Schein / und wurde von dem Mond gäntzlich bedecket / daß man den Mond in vollkommener Geſtalt mitten in der Sonnen ſehen konte. Der Erdboden wurde verfinſtert / daß man auf der Gaſſen weder ſchreiben noch leſen konte / in den Häuſern war alles ſtockfinſter / daß viele Leute Lichter brenneten / die Vögel fielen zu Boden / die Fledermäuſe flohen hervor / die Menſchen ſeufzeten und weineten: das Viehe auf der Weyde brüllte und bleckete / und es wurde alſo kalt / daß die Reiſende zu Pferde die Handſchuhe anlegten / und die Pferde nicht weiter fort wolten.

Item
Aus Schwaben den 16. Maji.

In der Gegend Oettingen haben die Einwohner groſſen Schrecken ausgeſtanden / wegen der den 12. dito entſtandenen ſichtbahren Sonnen-Finſterniß / da man die Sterne am Himmel ſehen können.

E quibus tria ferè eluceſcunt: (1) Vera cauſâ & origo Ecclipſium Solarium, vulgò ita dictarum, quæ ut olim pro miraculis fuerunt habitæ, ita noſtro tempore, per accuratam Aſtronomorum calculationem, non pluribus tantùm annis, ſed integris ſeculis prævideri poſſunt, ut ex artificioſiſſimo Automato Argentinenſium videre licet. (2) Illuminationem & calorem ſublunarium à ſolis radiis Solari-

bus dependere, cùm Luna in ſe nulla aut vix ſenſibili luce gaudeat. (3) Sydera & ſtellas fixas non tantùm noctu, ut vulgus opinatur, ſed & interdiu cœlum exornare, quod in puteo profundiſſimo, à Patribus Oratorii Pariſiis confecto, ibidem quoque obſervavit *Dn. Præſes.* Curioſiſſimum verò eſt, quod ſub ejusdem Eclipſeos apparitione Sereniſſimi PRINCIPES JUVENTUTIS in Specula Collegii Academici hujus loci, non ſine inſigni delectatione, mecum obſervabant; eo tempore ſc. Gallos Gallinaceos, non aliter ac tempore Gallicinii ſeu crepuſculi matutini, cantaſſe hirundinesque obvolitantes nidos & latibula ſua petiiſſe.

§. II.

Quandoque & ea Novellis inſeruntur, quæ doctrinam Meteorologicam illuſtrare valent, dum v.g. anno ſuperiori è medio Rheni tractu

die 15. Maji

ſcribebatur: Gleichfalls ſoll man in der Gegend Speyer morgends umb 7. Uhr am Himmel zwey Stück Regenbogen alſo formiret  geſehen haben: quod ob reflexionem iridis primariæ facilè contingere poſſe, è Phyſicis jamdum conſtat; quemadmodum & Grando illa extraordinariæ magnitudinis, cujus Novellæ annô 1699. mentionem faciebant, adeò rara non eſt, utut ſapor ejus dulcis monſtri quid alat, quem ſequentibus deſcribebant verbis:

Edenburg in Schottland/ den 13. Jun. ſt. n.

Seithero kurtzem ſind zu unterſchiedenen dreyen mahlen zu Cabroſſe, 3. Meilen von hier/ Kiſſeln von unterſchiedlicher Gröſſe und Farbe gefallen und als einige Perſonen

ſonen

ſonen davon in den Mund genommen / haben ſie darinnen eine Süſſigkeit des Honigs gefunden. Sie haben 2. Tage gelegen / ehe ſie zerſchmoltzen ſind / ſo man vor Wunder hält.

Aſt quale miraculum aut myſterium hic ſubeſſet? cùm haud adcò raræ ſint grandines, ovum quoque columbinum aut gallinaceum æquantes, prout frigus in media aëris regione aut intenſius aut remiſſius eſt. Nec color ejus diverſus eandem miraculoſam reddere potuit, cum & is è cauſis naturalibus fluere valeat. Quemadmodum enim ob effluvia bolaria, in altum evecta, quandoque pluvia ſanguinea generatur, quam & apum excrementa in linteaminibus lotricum ſæpè mentiuntur; ita è ſimilibus effluviis grandinum globulis diverſi colores affricari poſſunt. Similiter & ſapor mellitus à melligine aut rore melleo (vulgò Melthau) ſatis frequenti, ipſi in via intermixto, oriri potuit, prout ob effluvia rori juncta variæ ejus aut balſamicæ, aut corroſivæ qualitates oriuntur, ut *Beatiſſimus* AVUS, DN. D. *Johannes Tackius*, Archiater quondam Haſſo-Darmſtatinus & Prof. P. Medicinæ Primarius, in peculiari *de Rore Diſputatione* ob oculos poſuit.

§. III.

Interdum & Meteora planè nova & inſolita in Novellis adducuntur, ut Anno 1689. accidit, quo ſequens φαινόμενον innotuit:

Berlin / den 1. Julii.

Zu Copenick hat man etlichmahl morgends und abends auf dem Schloß-Thurn eine blaue Flamme geſehen / welche einen übelen und ſchwefelichten Geruch und Dunſt / gleich einem Nebel / von ſich gegeben. De quo portento Caſtori & Polluci, ſummitatibus navium ſæpè adhærenti,

venti, ſimili, Honoratiſſimus *Dn. Præſes* egit in *Epiſt. ad Dn. D. Dolæum*, Archiatr. Caſſell. *de Natura Medica*, quæ cum reliquis Diſſert. Epiſtolicis *Pandectis* Ejus *Medico Legalibus* annexa eſt, quò Lectorem Curioſum hâc vice remittam.

§. IV.

Quod ſi jam ad Globum Terraqueum deſcendamus, varia quoque Triplici ejus Regno publicis Novellis inſeruntur. Non dicam jam de Monopolio ſuccini Pruſſiaci, cujus leges circa finem ſuperioris ſeculi Novellis inſertæ legebantur. Eorum ſaltem, quæ nuper admodum de Minerâ ☿ Palatinâ referebant, meminiſſe liceat, de qua anno ſuperiori 1706. ſequentia legebantur:

Rheinſtrohm / vom 19. April.

Es wird allen Herren zu wiſſen gethan / daß die Queckſilber-Bergwercke in dem Königlichen Schwediſchen Ambt von Ober-Moſchel-Landsberg in der Pfaltz / 6. Meilen von Mayntz liegend / von Ihro Königlichen Majeſtät in Schweden an Nicolaus Hartwigen von Sonnenburg / bey Sachſen-Coburg / und an Johann Georg Wilden / Bergmeiſtere / erblich verliehen worden / bey welchen jetzo eine Prob und Ertz davon in Franckfurt zu finden / ꝛc.

Quod ipſum ſanè illis, quorum intereſt, non potuit non auditu fuiſſe gratiſſimum, cum Argentum Vivum Hiſpanicum ob intereſſe Gentis hujus privatum & ſacram auri famem, in Indias, (ubi ad ſeparationem auri & argenti ab aliis metallis adhibetur,) evectum, ſit rariſſimum: Ungaricum verò, ob Belgarum Monopolium, hodiè ſit cariſſimum, utut ob varias Artificum variorum inaurationes, Luis Venereæ aliorumque morborum Curationes, metallorum

rum viliorum à nobilioribus ſeparationem &c. nunquam non valdè expetitum.

§. V.

E Regno Naturæ Vegetabili ſingulare & notabile quid habebant nuper publica Diaria, quando è Tractu Rhenano

A. 1706. die 15. Maji,
ita perhibebant:

Vor 14. Tagen hat ſich bey Edickhofen eine Salat-Pflantze mit 4. Blättern in eines Mannes Hauß-Garten gezeiget / in der Grösſe als 4. Gülden-Stücker / auf jedem Blatt ein recht-umbſtändlicher ſchwartzer Adler recht förmlich gewachſen: worvon ein Wein-Käuffer ein Blatt mit nach Philipsburg gebracht und viel hundert Menſchen gezeiget haben ſoll. Man hat es in ein Buch gelegt / umb zu conſerviren und iſt noch zu ſehen. Die Bedeutung iſt GOtt allein wiſſend / welcher ſolche dem armen bedrängten Teutſchland zu gut kommen laſſen wolle!

Ita ſtatim ominoſa ſtatuunt, quæ aut artificio clandeſtino, aut luſu Naturæ contigère. Varias enim vegetabilibus figuras arte poſſe imprimi, vel in vulgus notum eſt. Luſu verò Naturæ ſæpè & Crucifixi imago in plantis & arboribus reperitur, prout exempla proſtant in *Moſcardi Muſeo* Patav. A. 1656. edito f. 134. *Miſcellan. Acad. Germ. Cur. A. VII. & VIII. Dec.3. obſ.118. pag.189.* ſicut ordinariè aquila Imperialis in radice filicis, certo modo diſſectâ, obſervari ſolet, vid. eadem *Miſcellanea Dec. I. Ann. II. p. 238. & Kircherus in Arte Magn. f. 806.* Nec ignotum plantas varias ſcolopendriam, filicem, polypodium & ſimilia in Mineris Saxo-Gothanis, Præfecturæ Schvvarzvvaldenſis, reperiri, quas

B Anony-

Anonymus refert & depingit in den aufgefangenen Brieffen zwenter Ravage, im fünfften Paquet pag. 431: quales & è Fodinis Francobergenſibus Sereniſſimi Landgravii Haſſo-Caſſellani obtinuit Dn. Præſes, ut in *Prodromo Hiſtoriæ Haſſiæ naturalis* ipſe docet. De Lapidibus Islebienſibus Piſciferis res in vulgus nota eſt. Sicut de Matre perlarum Figurâ Mariæ Virginis, cum filiolo à natura inſculpta, inſignitâ & in Theſauro Lauretano conſpicua vid. *Monconnys T. III. Itiner. Hiſp. pag. 32.* An verò figuræ hæ pro reliquiis diluvii cum *Woodvvarto* Anglo in *Geographia Phyſica, Schleuchzero* in *Itin. Alpino* ejusque *Relationibus Phyſicis* & aliis habendæ ſint, *Dn. Fridericus Haynius* in *Muſeo*, quod promiſit, *Subterraneo* fortè oſtendet; ſicut de ortu figurarum in lapidibus Islebienſibus, Halecibus, Crocodilis & ſimilibus à Natura ornatis, conſpicuarum & à Dn. Præſide in *Muſeo Muſeorum Lib. I. Cap. XXVII. pag. 73.* ob oculos poſitarum, propediem elegantem diſcurſum, ſub inauguratione Societatis Regiæ Scientiarum Berolinenſis, in ſalivam publicam emittet D. *Chriſtianus Maximilianus Spenerus*, Potentiſſimi Regis Pruſſiaci Medicus Aulicus & in laudatâ modò Societate Scientiarum Regiâ Profeſſor Ordinarius. Culmum verò ſecalinum XI. ſpicis gaudentem & anno 1699. Novellis inſertum, non eſt ut tantoperè miremur, cùm ſæpiùs hactenus allegatus Dn. Præſes Tritici exotici ſpeciem, nunquam non tot ſpicis inſignem, in horto ſuo alat: Unde & Botanicis *Triticum Spica multiplici* dicitur, vid. *Tournefort Inſt. Rei Herbariæ pag. 512.*

§. VI.

E Regno Animali de captura Balænarum, Halecum & ſimilium non raro notabilia quædam in Novellis publicis occurrunt. Quando autem Volatilium pugnæ in aëre ſæpè pro neſcio quo omine habentur, mera ex pelvi fulgura

gura hæc ſapiunt, cùm, ſi *Vlyſſem Aldrovandum* in *Ornitholo-gia Lib. XX. Cap. 5.* conſulamus, oppidò appareat, in oris Belgii hoc novum non eſſe, qui aviculas ejusmodi catervatim concertantes in figurâ æneâ ob oculos poſuit.

§. VII.

Tandem & Philoſophia Experimentalis ac Mechanica ſæpè reperit in diariis illis, quæ in uſum ſuum vertat, dum de machinis variis, aut oſſa in pulpam nutritivam vertentibus, aut aquas marinas edulcorantibus, aut ad flumina, ſine vitæ periculo, tranſeunda aptis, nos certiores reddunt; ſicut anno ſeculari 1700. ſimile quid è Galliâ de perpetuo mobili ſcribebatur his verbis:

Paris / den 12. Februarii.

Der König hat endlich an Monſ. Bandolle aus Provence, welcher das perpetuum mobile erfunden zu haben vermeinet / auf eine machine, umb das Waſſer mit geringer Mühe in die Höhe zu bringen / ein Privilegium für ſolche ſeine Waſſer-Kunſt vergönnet / welcher von ſelbiger ehiſter Tagen eine Verwunderungs-würdige Beweiſung öffentlich ſehen laſſen will / welches auf erfolgten effect ihm viel Geld eintragen wird.

SECTIO II.
DE
NOVELLIS MEDICIS.

§. I.

SEd an & ſanitati ſive conſervandæ, ſive reſtituendæ aliquid conferunt Novellæ publicæ? Sic eſt. Quemadmodum enim felix quem faciunt aliena pericula cautum, ita noxæ illæ & incommoda, quæ vel edulia vel potulenta, ſive intoxicata, ſive malignis qualitatibus infecta, aliis intulêre, curioſis Novellarum Lectoribus cautelæ loco erunt. Prioris inſigne exemplum legimus in Novellis anno 1698. allatis, his verbis:

Moſelſtrohm/ den 29. Septembris.

Je länger je mehr wird das Elend geſpüret/ daß an vielen Orten die Leute nach dem Brod-Eſſen ſchläfferig/ truncken und mit Kopff-Schmertzen kräncklich werden. Quo tempore in confiniis noſtris à pultibus avenaceis comeſtis ſimilibus omninò aliisque ſemi-maniacis ſymptomatibus corripiebantur. Cauſa malorum horum erat, quòd

- - infelix lolium ſterileſque avenæ,

ſe frugibus miſcuerint, undè pultes indè paratæ adhuc pejores erant illâ, cujus *Winckelmannus in Solida Haſſiæ Deſcriptione pag. 215.* è Soldani, Decani quondam Stereuntini, ſcriptis

ptis meminit. Poſtquam ſc. Comes quidam Naſſoicus durante morbo ſibi firmiter impreſſerat, ſe brevî reconvaleſcere poſſe, ſi pultem ejusmodi ſiligineam, qualem Chiliarcha Haſſiacus, Nobilis à Rolzhauſen, (quîcum ſub vexillis Regis Galliæ ſtipendium meruerat) aliquando paraverat, haberet: accerſito autem hoc & edulium Nectareum parante nullum inde ſive delectamentum ſive commodum ſentiret, laudatus modò Rolzhauſius dixiſſe fertur: **Ja Herr Graf laſſet uns zuvor 14. Tage Hunger leiden/ wie damahlen in Franckreich geſchehen/ was gilts/ bittere Bohnen werden uns ſüſſe ſchmecken.** Ut verò ad ſemitam redeamus, ſupradictum lolium (vulgò **Schwindel- oder Dollhafer**) in causâ fuiſſe, Celeb. Dn. *Rudolphus Jacobus Camerarius* teſtatur, in *Miſcellan. Acad. Germ. Cur. Dec. 2. Anno VIII. obſ. 173.* Cùm enim ſimilia ſymptomata Tubingæ quoque poſt eſum pultium è farina avenæ paratarum obſervarentur, juſſit ſibi à Ruſticis adferri culmum ſuis granis adhuc inſtructum; quem nihil aliud, quàm lolium, ſeu ut Modernis audit, gramen loliaceum fuiſſe docet, quod niſi ſollicitè à verâ avenâ excutiatur, (ob ſulphur quô ſcatet narcoticum) ſimilia ſymptomata ciere ſolet, cumprimis ſi vel in pultes avenaceas, (quæ teſte *Plinio H. N. L. XVIII. C. 17.* Antiquorum Germanorum cibus erant,) aut pro inebriandis Ruſticis ab avaris Zythopœis cereviſiis incoquatur, quod ab illis fieri *Schoockius* in *Tr. de cereviſiâ Cap 19.* adſtruit. Quid quod Piſtores tempore annonæ idem tritico miſcuerint, unde panes inde parati cephalalgiam, vertiginem & alia intulêrunt, obſervante in ſervo ſuo *Galeno Lib. I. de alimentorum Facult. Cap. 37.* & quî homines hæc talia perferre poterunt, cùm & ipſis brutis nocere poſſit? Curioſam & ferè ridiculam de eo hiſtoriam refert *Dn. Johann. Jacob. Wagnerus in Miſcell. Acad. German. Dec. 2. Ann. 3. obſ. 186. pag. 366.* his verbis: In mentem hoc "

 „mihi

„ mihi tunc revocabat lepidam hiſtoriam, quam prope Tigu„rum A. 1342. contigiſſe apud F. Joannem Victoduranum, „Minoritam σύγχρονον legi, cujus αὐτόγραφον MSc. in Biblio„theca Tigurinorum Civica aſſervatur, quam hunc in mo„dum (vapulante licet Priſciano) in Hiſtoria ſua recenſet: „*In villâ quâdam apud Thuregum equus quidam tantum de „lolio comedit, quod à Domino ſuo putatus mortuus extra vil„lam vectus fuit & excoriatus, qui tandem poſt ſomni con„ſummationem evigilans, domum rediit & Domino & aliis ho„minibus, eum cernentibus, ſtuporem incuſſit.*

§. II.

Pulmentis his ſimilis quoque potus combinandus erat, qualem ſuperioribus annis Caupones quidam in Ducatu Würtenbergico nobis propinârunt, dum Nectari Nectar, eo tempore à ſueta dulcedine deflectens, lythargyriô adulterarant, idque non ſine plurimorum ſtrage, donec tandem Magiſtratus Publicus capitis ſupplicio, quo Falſarii plectebantur, malo huic remedium invenerit. De eo nos anno ſuperiori 1706. certiores reddebant Novellæ publicæ ſequentem in modum:

Stuttgard/ den 10. Aprill.

Obwohlen über die in denen Reichs-Conſtitutionen enthaltene heilſame Veordnungen in Anno 1696. das Wein-Verfälſchen ſo wohl mit dem lythargyrio, als anderen ſchädlichen facturen/ von neuem bey nahmhaffter Geld-Straffe/ auch nach befindenden Dingen/ bey Ehren-Leibs- und Lebens-Straff/ in dieſem Hertzogthum verbotten worden; ſo hat ſich jedoch vor weniger Zeit erfunden/ daß ein Kiefer/ Hans Jacob Ehrni genandt/ ſo wohl

wohl in einigen Orten dieſes Hertzogthums/ als der nahgelegenen Reichs-Stadt Eßlingen und anderswo/ dieſe hochverpönte Verfälſchung mit denen ziemlich ſchlechten und ſauren 1702. und 1703ten Weinen abermahl zu practiciren unterſtanden. Wie nun in gepflogener genauer Inquiſition ſich ergeben/ daß dadurch hin und wieder etliche Perſonen an ihrer Geſundheit mercklichen Schaden erlitten/ einige auch gar darvon geſtorben seynd; als iſt ihm zu wohlverdienter Straffe in allhieſiger Reſidenz-Stadt der Kopf abgeſchlagen/ auch die von dergleichen verbottenen Wein-Künſten zuſammen geſchriebene Büchlein aboliret und durch den Hencker öffentlich verbrandt: ſonſten auch durch Vernichtung und Auslauffung der adulteritten Weine fernerem Unheil vorgebeuget worden.

Mixturam mangoniis his aptam & alexipharmaca illi opponenda fusè deſcribit *Dn. Dr. Gockelius* in *Miſcellan. Acad. Germ. Cur. Dec. III. Ann. IV. obſ. XXX pag. 78*. ſicut ſymptomata, cumprimis colicam convulſivam (quam in Sueviâ die Wein-Kranckheit vocabant) indè natam pertractat D. *Stockhuſius*, Medicus & Inſpector rei metallicæ Ducalis Brunſuicenſis & Luneburgenſis, in peculiari *Tr. de Lithargyrii fumo noxio* (von der Hütten-Katz.)

§. III.

Porrò non tantùm cauſæ, ſed & remedia morborum aut abſtruſorum, aut contumaciſſimorum, è Novellis publicis addiſci poſſunt. Non dicam jam de quartanâ, olim pro ſcandalo Medicorum habitâ, hujusque remedio, Antiquartrio ſc. Peruviano, China Chinæ dicto, cujus Novellæ Gallicæ ſæpiſſimè, ex profeſsô autem *Polychreſta Exotica Excell. Dn. Præſidis* ſub hoc titulo, mentionem fecerunt; illud ſaltem huc repetere liceat, quod de Verme Pericardii ejusque antihel-

helmintico ſuperiori anno 1695. in Novellis continebatur, his verbis:

Rom / den 13. Auguſti.

Man hat des verſtorbenen Advocaten Celli Cörper geöffnet und in ſelbigem einen Wurm umb das Hertz liegend gefunden. Eben dieſes Ubel leiden ſehr viele andere Krancken und hat man in denen Spitälern / ſonderlich zum H. Geiſt genandt / allein 700 liegend beobachtet / daß kein ander Mittel zur Geneſung ſey / als wann man denen Krancken guten ſtarcken Wein zu trincken giebt / wodurch der Wurm getödtet wird; dann ſo man ihnen in ihrem Durſt Waſſer reichet / wird der Wurm gemäſtet und naget den Krancken das Hertz ab.

Symptomata, quæ Vermis hic inferre ſolet, Palpitationem Cordis ſc. roſionem in præcordiis & ſimilia, videbis apud *Ettmüllerum in Praxi Medica Tit. de Palpitatione Cordis*, cui *Hartmannus* in *Praxi Chymiatrica*, *Lovverus Tr. de Corde* & *Gabelhoverus in Obſ.* jungi poterunt. Similiter circa finem menſis præcedentis Fuldâ nonnulla de Lumbrico à puellâ, Furore Uterinô laborante & diu pro Obſeſsâ habitâ, rejectô in Novellis ſcribebantur.

§. IV.

Non minus per Novellas ordinarias certi reddimur, quibusnam in locis morbi contagioſi, peſtis aliæque febres malignæ graſſentur, ut ii, qui itinera ſuſcipiunt, aut ab illis deflectere, aut ſibi commodis prophylacticis proſpicere valeant. Quin & cautelas in Methodo Medendi feliciori proficuas & ſummè neceſſarias ſubinde continent, ut ex ſequentibus anno 1699. de Pleuritide Maligna è Gallia perſcriptis apparere poteſt:

Paris /

Digitized by Google

Paris / den 16. Maji.

Die Kranckheiten continuiren allhier / ſonderlich aber der Huſten auf der Bruſt und Seitenſtechen / und hat man beobachtet / daß das Aderlaſſen der Heilung ſolcher Kranckheit zuwider / und der meiſte Theil / ſo zu Ader gelaſſen / davon geſtorben ſey.

Obſervent hoc Doctores cruenti, quos Lanios vocat *Harveus Tr. de Vanitatibus*, *Dolis & Mendaciis Medicorum*, qui in quibuscunque affectibus, etiam malignis, tam proni & largi ſunt ad phlebotomiam. Horum ſanè Scholis Moloch cruentum præſidere non ſine cauſa judicat *Helmontius*. Si enim in Gallia, ubi Venæſectiones, ſive largas, ſive repetitas, impune & facilius ferunt, per phlebotomum in morbo ejusmodi maligno trucidati fuêre, quid non fieret in Germaniâ? & cur amabo! vires in malignis jamdum ſummè proſtratas per V. S. ulterius exhauritis? eò potius omnes nervos intendite, ut viribus vires addatis, ita enim (ad hominis habitum & vires reſpiciendo) cum *Hippocrate* Medici Phyſici eritis, qui nihil temerè aut inconſideratè, nihil ſine ratione ſuſcipere geſtiunt, vid. *Dn. Præſes in Medicina Nov-Antiqua Part. I. Cap. I. pag. 11.* Nec obſtat Celeberrimum quondam Anglorum Machaonem *Thomam Sydenhamium Tr. de Morb. Acut. Sect. 2. Cap. 2. pag. 98.* in morbis peſtilentialibus & ipſa peſte, cum *Botallo*, V. S. ſatis largam commendare. Duo enim cum faciunt idem, non eſt idem. Uterque in climate calidiori ſuo tempore vivebat, à quo ad noſtrum & alia climata non valet conſequentia. Ad hæc notabilis eſt circumſtantia, quam obſervabat *Sydenham*. Poſt V.S. enim, (ut pag. 99. c.l. ſcribit) in lecto celebrandam, (cum jam omnia ad ſudores pro- "

 „licien-

Digitized by Google

„liciendos in promptu eſſent) ne vel minima interpoſitâ „morâ ſudorem imperavit: unde propinatis ſtatim bezoardicis, utplurimùm ſimul cordialibus, jacturam virium, per V. S. factam, reſarciit, ipſeque effectus (quem V. S. per elenchum non cauſæ ut cauſæ tribuit) confortantibus & ſudoriferis fortè adſcribendus erat. Ut taceam authoritati viri hujus, alioquin integerrimi, authoritatem Conterraneorum *Mortoni* v. g. & aliorum opponi poſſe, quam & publicatum Novellarum, modo allegatarum, teſtimonium confirmat, quæ V. S. in Pleuritide malignâ ſummè nocivam fuiſſe adſtruunt; quapropter & ipſe *Sydenham Pleuritidem hanc c. l. pag. 231.* excipere videtur. Cæterum eâdem hac Novellâ ſtatuminatur ſententia *Ampliſſimæ Facultatis Medicæ Giſſenæ*, quam in caſu notabili de metu contagii in Pleuritide maligna, ſolennia Teſtamenti impediente, an. 1698. tulit, prout Reſponſum, cum ipſa Facti Specie, in *Pandectis Medico-Legalibus* Dn. Præſidis *Part. I. Sect. 2. Cap. XI. p. 181.* reperitur. Cùm enim *Johannes Born*, ſimili morbo detentus, Teſtamentum aliquod absque 7. Teſtium ſubſcriptione reliquiſſet, hoc autem ex capite deficientium ſolennitatum à conſanguineis impugnaretur, Advocatus cauſæ Hæredibus, per teſtamentum nuncupatis, ſuppetias laturus hanc Facultati quæſtionem proponebat:

An pleuritis & febris ardens, ſi bini hi morbi in uno eodemque ægro concurrant & alicubi epidemicè adeò graſſentur, ut qui illis corripiuntur intra 6. 7. aut 8. dies emoriantur, hominesq; ægros iſtos inviſere ſubvereantur,

reantur, inter morbos contagioſos à Dn. Medicis referri ſoleant?

Re in utramque partem, per vota Collegarum, ventilatâ, tandem in affirmativam conſpirabant, cum Medici Famigeratiſſimi nunquam non conſtanter aſſeruerint pleuritides ejusmodi epidemicas à contagio profluere,

Sennert. lib. 2. Pract. Part. 2. cap. 16. pag. 198.

Eaque de causâ plerumque malignas & contagioſas eſſe,

Sennertus Lib. 4. de Febb. Cap. 17. Ettmüllerus in Praxi de Pleuritide ſ. 3. Dolæus in Encyclopæd. Med. Pract. Lib. 2. Cap. 3. pag. 28.

Ita ut à quibusdam omninò Peſtilentiales vocentur, in quas ſæpè degenerant,

VVierus obſ. Lib. 1. de Epid. Pleurit. pag. 13. Sennert. l. a. col. 6.

Et propterea quoque aliorum morborum malignorum inſtar V. S. non æquè ferant & admittant,

Sydenham. Hiſtor. morb. acut. pag. 231. &c.

§. V.

Tandem & in morbis incurabilibus (à *Seidelio* ex profeſsô enumeratis) artificia ſæpè probatiſſima pro iisdem palliandis aperiunt Novellæ, quale quid anno 1697. è vicina nobis civitate Hanovienſi illis inſerebatur, his terminis:

Maynſtrohm / den 26. Februarii.

Zu wiſſen / daß zu Hanau in der Alt-Stadt ein Goldſchmied / Nahmens Johann Paul Götz / einem Menſchen / ſo ein Aug verlohren und deßwegen ein Pflaſter darüber trägt / ohne Schmertzen ein Aug von einer materia, welche niemand beſchweret / einſetzet / daß es dem andern gleiche / auch ſich bewege wie das andere.

Quod autem Novellarum Scriptores noſtris temporibus cujusvis Circumforanei, Herniotomi aliorumque Thraſonum (è Carnificum familiâ plerumque oriundorum) φλυαρίας & impoſturas, ob turpiſſimi lucelli corruptelam, Diariis vulgò inſerant, vix tolerandus Novellarum eſt abuſus.

Digitized by Google

ΕΠΙΜΕΤΡΑ.

I.

SIphonibus, quos *Dominicus Anel*, Chirurgus Caſtrenſis, ad exſugenda vulnera adhibet & hoc annô in peculiari tractatu, *L' Art de ſuccer les plaies ſans ſe ſervir de la bouche d' un homme* inſcripto, ob oculos poſuit, Antliam Pneumaticam commodius ſubſtitui, ſicque *Uſus antliæ pneumaticæ in rebus Medicis*, à Dn. *Camerario* Juniore deſcriptos, ampliari poſſe cenſemus.

2.

Utrumque tamen ſuctionis modum non tam attractionis quàm pulſionis motu fieri, ſaniori Modernorum Philoſophiæ conſentaneum eſſe judico.

3.

Juſtô durior eſt *Gedeon Harvæus*, quando in ſarcaſticâ ſua *Arte curandi morbos per expectationem* illos, qui ♂alibus utuntur, Doctores Ferreos, tornam ſanguinis aſinini autem præſcribentes Aſino-Doctores vocat, cùm utroque remedio Praxis Medica neceſſariò indigeat.

4.

Nec majori applauſu dignus eſt *Nicolaus Heinſius*, dum interprete Schreyero Curam Lactis (à *Dn. Dolæo* nuper admodum reſtauratam) prorſus rejicit, in Tr. cui titulus: Warhafftiger Erweis / daß die ſo genandte Milch-Cur im Scharbock / Gicht / Podagra &c. überaus ſchädlich ſey.

Digitized by Google

5.

An verò Saccharum Lactis, à *Ludovico Teſti* Italo deſcriptum, ſpem nobis datam impleturum ſit, dies docebit.

6.

Malè agunt, qui Corticis Peruviani (vulgò Chinæ Chinæ dicti) uſum datâ operâ ſuſpectum reddunt, cujus effectum in Clyſteribus quoque, juxta methodum *Helvetii* junioris probatiſſimum, Anonymus in peculiari ſcripto Parmæ nuper edito demonſtrat, ſub rubrica: *La Kinakina & di lei ſtupende qualità, agguntovi il nuovo methodo per ſervirſi di quell' efficaciſſimo remedio, ſenza nulla prender per bocca.*

7.

Utut B. D. *Waldſchmidius* diſputatione olim Marpurgì habitâ de purgantibus è foro Medico eliminandis egerit, aliam tamen ipſi mentem hæſiſſe, Praxis ejus laudabilis olim docuit: quam inventa nunc *Magneſia alba*, purgans genuinum & innocuum, confirmare valet, cujus deſcriptionem, pace Excell. Dn. Præſidis, Curioſis harum rerum Æſtimatoribus pro Coronide hîc adjicio, eandemque ſimul ventilandam ſuſcipio.

Non

Digitized by Google

NOn Mavors haſtis, clypeisque terror,
Morphei turpem pariet Clientem,
Nec dabunt mites, aquilæ columbas
Martis Alumnæ.
Afficit Patris generoſus ardor
Filium, captat Sobolis Parentum
Mens tenax mores, niveamque calcat
Æmula callem.
Alma quam dudum tulit in Parentem
Muſa Doctrinam, pariter requiris,
Dum viam Patri Proavis*que tritam*
Quæris amator.
Patriæ *laudis, peragas citatis*
Curſibus cœptum modulante Muſa
Sedulò antiquum Decus æmulare
Impete PATRIS.

Exiguis hisce verſibus gratulari voluêre
Nobiliſs. ac Doctiſs. Dn. Reſpondenti

CONVICTORES.

Cum

Digitized by Google

CUm non deſiſtant Reges contendere *Marte*
De Diadematibus, finibus atque ſuis
Pulchrum non eſſet, nunc ſi dormiret *Apollo*,
Illiusque metû ſe reprimi ſineret.
Hinc eſt quod ſiſtis jam Nobis *Suavis Amice*
De *Medico Studio* glorificum Specimen;
Hinc Tu magnificis Galenica *More Paterno*,
In doctum MeDicum CresCe VIgeq; dIu.

Præ-Nobili atque Doctiſſimo Domino Reſpondenti, Amico dilectiſſimo, gratulari hiſce voluit

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

JOH. DANIEL ASSMUS,
Medic. Stud.

MICHAE-